


NOS D. FRANCISCO DE ZEHEJIN Y GODINEZ, RACIONERO DE
de la Santa Iglesia, Gobernador, Prouisor, y Vicario General de esta Ciudad, y
Obispado, por el Eminentissimo, y Reuerendissimo Señor Cardenal Salazar mi Señor
Obispo de Cordoba del Consejo de su Magestad &c. A todos los Fieles de este Obispado Ec-
lesiasticos, y Seculares de qualquier estado, calidad, ò condicion que sean: hazemos saber,
que N. M. S. P. Alexandro Octauo por medio de el Illustrissimo Señor D. Joseph Esten-
se Mosti Arçobispo de Nazianço, Nuncio de su Santidad en estos Reynos de España nos ha
remitido, y mandado publicar en esta Diocesis vn Breue, y Decreto Apostolico, en que
condena treinta y vna proposiciones por temerarias, y escandalosas, y hereticas respectiue.
Y assimismo otro Decreto Apostolico, en que prohibe se impriman, lean, ò retenan cier-
tos Libros, de que abajo se hará mencion. Y para que á todos conste los mandamos impre-
mir al thenor de los Originales, que son los siguientes.

DECRETVM.



Feria V. Die VII. Decembris 1690.

In congregatione Generali Sanctæ Romanæ, & Vniuersalis Inquisitionis habita in Palacio Aposto-
lico Montis Quirinalis, coram Sanctissimo D. N. D. ALEXANDRO Diuina Prouidentia
Pap. VIII. ac Eminentissimis, & Reuerendissimis DD. S. R. E. Cardinalibus, in tota Re-
publica Christiana contra Hæreticam prauitatem Generalibus Inquisitoribus, & Sanctæ Sedis
Apostolica specialiter deputatis.

Sanctissimus D. N. ALEXANDER Diuina Prouidentia Papa VIII. prædictus: Pro pastorali
cura Ouium à CHRISTO Domino sibi commissa de earum salute sollicitus, & inoffenso gra-
du per rectas semitas posuit incedere, & pascua nimium perniciosâ in prauis doctrinis exhibitâ vi-
tare, vnius supra triginta Propositionum examen pluribus in Sacra Theologia Magistris, & dein-
de Eminentissimis, ac Reuerendissimis DD. Cardinalibus contra Hæreticam prauitatem Gene-
ralibus Inquisitoribus commisit, qui tantum negotium diligeatè aggressi, ei que sedulo, ac plu-
ries incumbentes, super vnaquaque ipsarum sua suffragia Sanctitati sue flagitanti deculerunt.

Propositiones autem sunt infrascriptæ videlicet,

1. **I**n statu naturæ lapsæ ad peccatum morta-
le, & demeritum sufficit illa libertas, qua
voluntarium, ac liberum fuit in causa sua, pec-
cato originall, & voluntate Adami peccatis.
2. Tametsi defuit ignorantia inintellectus iuris
naturæ, hæc in statu naturæ lapsæ operantē
ex ipsâ, non excusat à peccato formali.
3. Non licet sequi opinionem, vel inter pro-
babiles probabilissimam.
4. Dedit semetipsum pro nobis oblationem
Deo, non pro solis Electis, sed pro omni-
bus, & solis Fidelibus.
5. Pagani, Iudei, Hæretici, aliquē huius ge-
neris nulli omnino accipiunt à Iesu Chris-
to influxum, adeoque hi ne recte inferes in
illis esse voluntatem nudam, & inermem;
sine omni gratia sufficienti.
6. Gratia sufficiens statui nostro, non tamen vti-
lis, quam perniciosa est, sic ut proinde me-
rito possimus petere, à gratia insufficienti
Liberare nos Domine.
7. Omnis humana actio deliberata, est Dei di-
lectio, vel mundi, si Dei, Caritas Patris
est, & mundi, concupiscentia carnis; hoc
est, mala est.
8. Necessè est infidelē in omni opere peccare.
9. Re vera peccat, qui odio habet peccatū me-
re ob eius turpitudinem, & disconuenien-
tiam cum natura, sine vilo ad Deum officio
suum respectu.

10. Intentio qua quis detestatur malum, & prosequitur bonum, meretur ut Coelestem obtineat gloriam, non est recta, nec Deo placens.

11. Omne quod non est ex Fide Christiana super naturali, quae per dilectionem operatur, peccatum est.

12. Quando in magnis peccatoris deficit omnis amor deficit etiam Fides, & etiam si videantur credere, non est Fides Divina, sed humana.

13. Quis quis etiam aeternae mercedis intuitu Deo famulatur, charitate si caruerit, vitio non caret, quoties intuitu licet beatitudinis operatur.

14. Timor gehenne non est supernaturalis.

15. Attritio, quae gehennae, & poenarum aeternarum concipitur, sine dilectione benevolentiae Dei, propter se, non est bonus motus, ac supernaturalis.

16. Ordinem praemittendi satisfactionem ab solutioni, induxit, non politia, aut institutio Ecclesiae, sed ipsa Christi lex, & preceptio naturae rei id ipsum quodam modo distans.

17. Per illam praxim mox absolvendi, ordo poenitentiae est inversus.

18. Consuetudo moderna quoad administrationem Sacramenti Poenitentiae, etiam si eam plurimorum hominum sustentet auctoritas, & multi temporis diuturnitas confirmet, nihilominus ab Ecclesia non habetur pro usu, sed abusu.

19. Homo debet agere tota vita poenitentiam pro peccato originali.

20. Confessiones apud Religiosos factae, praeterquam, vel sacrilegae sunt, vel invalidae.

21. Parochianus potest inspicari de mendicantibus, qui Eleemosynis communibus utuntur.

22. Similiter arcendi sunt a Sacra Communionem, quibus nondum inest amor Dei purissimus, & omnis mixtionis expers.

23. Oblatio in Templo, quae fiebat a B. V. M. in die Purificationis suae per duos pullos Columbarum, unum in holocaustum, & alterum pro peccatis, sufficienter testatur, quod indiguerit purificatione, & quod filius, qui offerebatur, etiam macula Matris maculatus esset, secundum verba legis.

24. Dei Patris Simulacrum nefas est Christiano in Templo collocare.

25. Laus quae defertur Mariae, ut Mariae, vana est.

26. Valuit aliquando Baptismus sub hac forma collatus, In nomine Patris &c. praetermissis illis, Ego te baptizo.

27. Valuit Baptismus collatus a Ministro qui omnem ritum externum, formam quae baptizandi observat, intus vero in corde suo apud se resolvit, Non intendo, quod facit Ecclesia.

28. Futilis, & toties convulsa est assertio de Pontificis Romani supra Concilium Oecumenicum auctoritate, atque infidelium questionibus decernendis infallibilitate.

29. Vbi quis invenerit doctrinam in Augustino clare fundatam, illam absolute potest tenere, & docere, non respiciendo ad ullam Pontificis Bullam.

30. Bulla Urbani VIII. In eminenti, est subreptitia.

31. Supradictas Propositiones tanquam temerarias, scandalosas, male sonantes, injuriosas, Haeresi proximas, Haeresim sapientes, erroneas, Schismaticas, & Haeticas respectu, esse damnandas, & prohibendas, sicut eas damnat, & prohibet, ita ut quicumque illas, aut coniunctim, aut divisim docuerit, defenderit, ediderit, aut de eis etiam disputaverit, publice, aut privatim tractaverit, nisi forsam inipugnando, ipso facto incidat in Excommunicationem, a qua non possit (praeterquam in articulo mortis) ab alio quacumque etiam Dignitate fulgente, nisi a pro tempore existente Romano Pontifice, absolvi.

32. Insuper districte in virtute Sanctae Obedientiae, & sub interminatione Divini Iudicii prohibet omnibus Christi fidelibus, cuiuscumque conditionis, Dignitatis, & Status, etiam speciali, & specialissima nota dignis, ne praedictas opiniones, aut aliquam ipsarum ad praxim deducant.

33. Non intendit tamen Sanctitas Sua per hoc Decretum alias Propositiones in maiori numero ultra supradictas 31. iam exhibitas, & in hoc Decreto non expressas approbare.

Locus + Sigilli. Alexander Speronus S. Romanae, & Universalis Inquisitionis Notarius.

Anno a Nativitate D. N. IESU CHRISTI millesimo sexcentesimo nonagesimo, Indi. 13. die 20. Decemb. Pontificatus autem SS. D. N. D. ALEXANDRI Divina Providentia PP. VIII. Anno Secundo, supradictum Decretum affixum, & publicatum fuit ad valvas Basilicae Principis Apostolorum, Palatii S. Officii, in acie Campi Florae, ac alijs locis solitis, & consuetis Verbis per me Franciscum Perinam SS. D. N. PP. SS. Inquisitionis Censorem.

10. Baptista de Comitibus Mag. Cur.

DECRETVM

Sacrae Congregationis Eminentissimorū, & Reuerendissimorū DD. S. R. E. Cardinaliū à Sanctis. D. N. ALEXANDRO Papa VIII. Sancta quae Sede Apostolica ad Indicē Librorū, eorundemq̃ permissionem, prohibitionem, expurgationem, & impressionem in Vniuersa Republica Christiana specialiter deputatorum, vbique publicandum.

Sacrae Indicis Congreg. Decretum damnati, prohibiti, ac respectu suspensi fuerunt infrascripti Libri vbiunque, & quocunque Idiome impressi, imprimendiue. Nemo cuiuscunque gradus, & conditionis eos in posterum, vel imprimat, vel legat, vel retineat. Si quis interim habuerit Inquisitoribus, seu locorum Ordinarijs à presentis Decreti notitia tradat sub penis in Indice Librorum prohibitorum contentis.

LIBRI SUNT.

Compendium Historie Ecclesiasticae decreto Serenissimi Principis Ernesti Saxoniae Jul. Celsae Mont. Ducis, &c. in vñ Gymnasij Gothani. Ex sacris litteris, &c. Anno Christi clb lxxv.

Croniche della Riforma di Basilicata composte dal R. P. Fr. Bonaventura Abbate di Laurenzana, &c. in Napoli M. DCLXXXIII.

Epitome Historie Ecclesiasticae de Conversionibus Gentium, persecutionibus Ecclesiae, Haeresibus, & Concilijs Oecumenicis ex principis Historijs Ecclesiasticis collecta, studio & opera Iohannis Pappi Doct. Theol. Recognovit, Auctarijs, & notis varijs illustravit M. Henricus Kloppe: Accesserunt supplementa eiusdem ad praesentem vsque annum Francofurti M. DC. LXI.

Ethices Compendium in vñm Academicæ iuuetutis, Authore Daniele Vvhitby S. Th. P. Oxonij clb lxxiv.

Friderici Spanhemij Fil. Dissertationum Historici Argumenti Quaternio, &c. Lugd. Batavorum clb lxxix.

Galeria spirituale copiosamente arricchita di varie, & bellissime deuotioni vtilissime, & efficaci per incaminarsi perfettamente nella via del Cielo, &c. del P. Maestro Francesco Maria Battaglia, &c. In Milano M. DCLXXV. donec corrigatur.

* Ioannis Launoij Opuscula sequentia *

Capituli Laudunensis Ecclesiae ius apertum in Monasteria Premonstratensium Diocesis, &c. Parisijs M. DCLXXIII.

Examen du priuilege d' Alexandre V., & de quelques autres Priuileges donnez par d' autres

Papes pour seruir au iugement dū Proces, &c. * Michaelis Cizogae Sacerdotis Veneti Opuscula sequentia.

Flamme d'Amor Diuino. Venetia M. DCLXXXIII.

Memorie funeste d' Fatti dolorosi occorsi nella Passione amarissima dell' Volgenteo Figlio di Dio. Venetia M. DCLXXXII.

Pascoli di deuotione alle anime desiderose di perfectione Christiana. In Venetia M. DCLXXXIV.

Tributi di pietà, o sia Raccolta di varie Diuotioni da farsi da Fedeli, &c. In Venetia M. DCLXXXII.

Quaestionum Theologicarum ad Bullas, Capitula, & Canones Conc. Trident. Disputationes. Praeside Ioh. Hærico Heideggero Tiguri, seu Sacerdotium Romanum, vna cum eius Sacrificio ex characteribus ordinum Aharonici, & Melchisedeciani, &c. Studio, & Opera Hærici Horehij, &c. Amstelodami M. DCXC.

Theses (quarum titulus Matri inter Virgines Purissimæ. Quaestio Theologica) defensæ in Academia Dolana à Ioanne Adam Groob Praeside clarissimo, Reuerendoque Domino D. Stephano Cuilleris &c. 29. Martij 1690.

Den Toet Steem van het boekjenganaemts Rechtmaetigh Ondercheyd, &c. Latine autē sic redditur: Lydius lapis libelli, qui inscribitur Adæquatum dilectum, &c. & aliter nuncupatur Libellus cum tribus columnis, seu brebis consideratio supra contentam in eo libello doctrinā de peccato originali, prædestinatione, &c. Auctore Adriano Van Vvyck Presbytero. Rotterdami 1690.

In quorum fidem manu, & sigillo Eminentiss. & Reuerendiss. D. Card. de Alterijs supradictae Sac. Congreg. praefecti praesens Decretum signatum, & munitum fuit

Ro

Roma in Palatio Apostolico Montis Quirinalis die 21. Nouembris 1690.

P. Card. de Alterijs Prefectus.

Loco + sigilli.

Fr. Iulius Maria Bianchi Ord. Prædic. Sac. Congreg. Secr.

Die 29. Nouemb. 1690. supradictum Decretum affixum, & publicatum fuit ad valuas Basilicæ Principis Apostolorum, Palatij S. Officij, in acie Campi Floræ, ac alijs locis solitis, & consuetis Urbis per me Petrum Marcheratum SS. D. N. PP. Cursorem.

Io: Baptista de Comitibus Mag. Curs.

En feê de lo qual mandamos despachar el presente Edicto, insertos dichos Brebes Apostolicos, y que se hagan saber, y se observen en todo, y por todo conforme à sus contenidos. Dado en Cordoba en diez, y ocho de Marzo de mil, y seiscientos, y noventa, y vn años.

Lic. D. FRANCISCO DE ZEHEJIN, Y GODINEZ.

Por mandado de el Señor Gobernador.

Doct. Gaspar de Leo,

y Bolaños Sec.